UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor Vnionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XI.

AMOR DEI,

Amor Actuoſus.

QUis poterit capere, quantum contineat hoc verbum *Amo*? Videlicet, *Amo* uniri me DEO: amo videre DEUM: amo, quòd DEUS ſit DEUS: amo voluntatē DEI: amo gloriam DEI: amo excellentias DEI: amo participationem DEI. Septem his actibus corda noſtra emancipata amori, DEO explicant ſua deſideria, quantum cupiant in terra, quantum ſperent in cœlo, quantum petant à DEO.

Loquere ergo, cor meum: dic, quod ſit deſiderium tuum; quouſque te efferas. Vulneravit me Amor, & ejus quidem qui ſatis æſtimari non poteſt, *totus deſiderabilis, totus deſiderium*. (*Cant.* 5.) Hinc aliud non capio, quàm unire me ipſi, & per fidem in hac vita, & per claram viſionem in altera. Aliud non deſidero: ipſe ſolus eſt, cui nihil deſit. Aliud non volo, quàm Divinam ejus voluntatem, & ut ei certatim homines in terra, & Sancti in cœlo, ſemper dent honorem, & gloriam. Omnis mea cogitatio alio non ſpectat, aliud non æſtimat, quàm ſummum Bonum ſupra omnia bona. Neque hic ſiſto: tranſeo à DEO in DEUM, permanendo in DEO: quia diligo proximum meum, ut imaginem DEI, ut filium DEI.

CONSIDERATIO XII.

AMOR DEI,

Amor Vnionis.

CUpio me unire cum DEO. Ecce primus partus Amoris. Divine Primogenite, qualis eſt indoles tua?

Unire

Unire me cum fine meo. Amat oculus lucem, au-
tus ſonum : ſic ego amo Deum meum. Et ſi quæ-
rationem hujus, en eam in promptu. Objectum
ris non eſt tantum bonum, ſed bonum conjun-
bonum poſſeſſum. Ideò non ſolùm cupio bon-
meum, ſed unionem cum Deo, Deum unitum, Deu-
poſſeſſum.

Habet porrò hæc Unio tres conditiones. Eſt
quia dat vitam animæ : eſt *ſupernaturalis*, qu-
vita divina : eſt *beata*, quia anima ſic unita
ultrà, quod cupiat ; eſt abunde ſatiata, ut ampli-
derare non poſſit.

Sed altiùs erigamus cogitationes : aſcendim-
cœlum, & quæramus ex Apoſtolo, qualis ſit
Reſponſio digna tali ſapientiâ, doctrina digna
Eſt, inquit, Unio tam ſtricta & perfecta, ut tranſ-
tatẽ. Nam *qui adhæret Deo, unus Spiritus eſt*. (1. Cor.
Non ſunt duo ſpiritus uniti, ſed ſpiritus
cum Deo. Gratias tibi, Prædicator veritatis
eſt ipſiſſimum, quod quærebam, *fieri unum*
Deo meo. Amo uniri, amo unionem, amo
Hoc eſt totum, quod deſidero : non ſit aliud
quàm Deus; totum ſit Deus; vel Deus per
vel Deus per participationem : vel Deus per
vel Deus per gratiam.

CONSIDERATIO XIII

AMOR DEI,

Amor Deſiderij.

VEniunt ſimul in Scholam Amoris *Amor* ...
rium. Qui amat, deſiderat : & qui deſiderat
O Fides Dei, ô Viſio clara Dei! illa ſit in uſu,
ſiderio : illa eſt meritum, hæc præmium : illa
terminus; illa mediũ, hæc finis. *Credis, ut videas*
id, quod credis. *Poſt tenebras ſpero lucem*. (Iob
poſt obſcuritatem fidei, claritatem viſionis beat-